



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Abstinentia à quibusdam cibus, an placeat Deo. tit. 224

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

qui hoc non credunt, fecit Deus Christus multa miracula, & propter confirmationē eiusdē doctrinā quā predicarunt Apostoli & sancti, Deus etiam per eos fecit miracula. Sic inquit Chrysoſt. homil. 66. Præſtant ſanctorū ſepulcra quorūcunq; regū aulis: ibi peccatores de deſperatione ſurgunt, valetudinarij & obſeſſi à dæmonibus liberantur, Diaboli poteſtas reſtingitur, ibi ſuſcitatur mortui, ſed hæc omnia facit Deus ad confirmationem fidei. Ideò propter hæc opera Dei circa ſepulcra, veneramur ſepulcra.

Tertio, quòd ieiunamus, vigilijs ſanctorum ſeriamur, accendimus candelas, damus eleemoſynas, non ipsis ſanctis facimus ſed Deo, precantes vt & nos illuminet vera fide. Subindè, det conſtāntiam fidei in perſecutione vſque ad mortem, ſicut illis dedit. Hæc media primò & principaliter in Deum diriguntur, ſicuti & orationes de ſanctis. Nam ad ſolum Deū reſpicit oratio, à quo eſt omne datū optimū & donum perfectum, Iacob. 1. Sancti non indigent noſtra oratione, ieiunio, ferijs, & cætera. Sed nos iſtis medijs nos humiliamus, perentes, vt noſtri ſint compeccatores, pro eadem gratia, quam & ipſi acceperunt, & vſi ſunt vt boni diſpenſatores talentorum Dei, Matthæi, 25. Memoria igitur ſanctorum ſolum ad noſtram comprecationem dirigitur, non vt eos adoremus tanquam deos aut ſaluatores noſtros. Si enim libros non reiſcimus, in quibus nobis prædicatur fides, cur ſanctos, qui fuerunt typus & exemplar Chriſtifiſdelium, non veneremur, vt quos ipſe Deus honore non dedignatur?

ABSTINENTIA A QVI

buſdam cibus, an placeat Deo.

TITVLVS CCXXIII.

NOTANDVM primò, quòd abſtinentia à carnibus, lacticijs, ouis, & cætera, non ſit, quòd

KKk 3

quòd illas creaturas malas & immundas æstimamus
 quandò omnis creatura bona est nihil reiiciendum,
 quod cum gratiarum actione percipitur, 1. Timot. 4.
 Sanctificatur enim per verbum Dei cui credimus, o-
 rationem, & gratiarum actionem, qua Deo gratias a-
 gimus. Rom. 14. Regnum Dei non est cibus & potus,
 sed iustitia fidei, pax in Christo, & gaudium in spiri-
 tu sancto. Idè non æstimamus carnem & vinum cre-
 aturas malas, vt certis temporibus ab illis abstinea-
 mus, sed quatenùs & corpus & animam humiliemus
 coram Deo, sicut Daniel se ieiunasse testatur. Daniel.
 10. In diebus illis ego Daniel iugebam am trium hebdo-
 madarum diebus, panem desiderabilem non come-
 di, & caro & vinum non introierunt in os meum, &c.
 Sic Iudith à cibo Holofernus, Iudith. 12. Sic quoque
 Danieli & socijs suis, qui abstinebant à cibus regijs,
 Daniel. 1. dedit donum sapientiæ, &c. Placuit ergò
 Deo abstinentia ciborum certis diebus, &c. non
 propter cibum & potum, quæ sunt creaturæ, sed hu-
 miliatione. Sic placuit Deo ieiunium Regis Achab.
 3. Regum 21. propter humilitationem cordis. Psalm.
 34. Humiliabam in ieiunio animam meam.

Secundò, quisque hoc facere potest, id est, humiliat
 re animam suam etiam sub omni genere ciborum:
 quare non est opus, vt cibi genus præscribatur, quan-
 dò solùm sufficit, vt quis ratione corporis sui habeat
 &c. Vocati sumus ad libertatem, Galat. 5. Respon-
 deo: Abstinentia cibi & potus non fit propter cibum
 & potum, sed propter Deum: cibus aliàs licitus, pro-
 pter Deum ad tempus deponitur. Sic Ioannes Bap-
 tista non bibit vinum & siceram, & comedit mel sy-
 uestre, &c. non abstinnit propter creaturas tanquam
 malas & immundas, sed propter Deum, ad cultum
 Dei. Propter Deum ergò abstinere à cibus ad tempus,
 & cibum reiicere tanquam creaturam malam, diffi-
 runt, Matth. 3.

Tertio,

Terriò, Tametsi hoc verum sit, quòd idem est de
 ciborum & potagiorum generibus, nempe quòd sunt
 cibus & potus: attamen hoc negari non potest, quod
 vnus cibus plùs altero est prouocatiuus ad peccatù:
 Et vnus potus plùs prouocat ad ebrietatem, quam al-
 ter. lubet enim Paulus non inebriari vino in quo est
 luxuria, &c. aqua enim non inebriat, &cet. Si carnes
 plus accendunt libidinem, quàm pisces: ob id maio-
 rem castigationem corporis efficiunt hæc genera ci-
 borum & potagiorum, à quibus abstinemus certis
 diebus, &c non tamen negatur abusus, qui & in pisci-
 bus ac cereuisia contingere potest, ad eò esse peccatù,
 & incontinentium ad vitia corporis, sicut carnes & vinù.
 Id eò moderatio cogitanda est, 1. Cor. 9. Castigo cor-
 pus meum, & in seruitutem redigo, &cet, Propter
 Deum igitur abstinemus à certis generibus ciborum
 & potuum: non tamen reijcimus, &c. August. ad fra-
 tres Eremitanos serm. 25. Est ieiunium deuotionis,
 est ieiunium institutionis siue præcepti, &c.

*CÆREMONIIS QVARE VTI-
 tur Ecclesia, cum Fides sufficiat.*

TITVLVS CCXXV.

Rimò notandù q̄ Ecclesia nõ vtitur cæ-
 remonijs, q̄ in his consistat salus, q̄ iu-
 stificent, q̄ sint, potissima virtutũ opera
 q̄ fiducia in illis sit locanda: sed vtitur
 veluti quibusdã visibilibus signis, ceu
 pedagogis nos trahẽtib; ad verã pietatis mysteria,
 sicut stella Magorũ nõ fuit Christus, Matt. 2. neq; nu-
 bes, aut statua solis & ignis terra sancta, Exo. 13. Neq;
 circulus est vinũ, aut testa nucleus, cuculla mōachus,
 &c. Sic non p̄pter se, sed p̄pter aliud vtimur cæremo-
 nijs, cultu & p̄ceptis diuinis, atq; sacramẽtis, quibus
 ornatum, & maiestatem facimus. Sunt hæc imbecil-
 lium libri, & puerorum sunt stimuli ad religionem.

KKk 4 Secundo